

# Die Urkunden Karls des Großen, 307

Iussione regis omnipotentis dei et salvatoris nostri Iesu Christi, Karolis regis seu prolisque suo Lodouico ymperatori in parte Spanie civitatem Barchinonensis per dei misericordia expellimus inde gentem paganam et permisimus in legalia cristiana deo auxiliante. Inde pervenimus ad urbem Gellensis et excussimus eandem illorum potentiam et per dei misericordiam tenemus in nostra. Invenimus ibidem valdiculam nucupanti Andorrense iuxta Tolosam ab ipsa gente perfida dextructam, precepimus ibi mittere ageris vel culturalis, qui ibidem maneant et faciant ibi domos, vineas ad complantandum, ortos faciendum vel que ad illos necessaria sunt. Hi sunt comanentes modo et Lesindus, Laurencius, Ebaronius, Autimirius, Quirinius, Secsonius, Barrula rustici, Sentanius, Ferrecintius et alii plures, qui ibidem sunt aut serunt in futurum. Donamus exsenplationes vel afrontaciones et ad ipse vallicule Andorrense: a parte origentis in stacnum Laugencium et in Fonte argentea et de meridie in Rivo nigro vel in fonte Regisindi et de parte vero circi in illas aras Sauartens iuxta Tolosa et de occiduo in monte que dicunt Sella aurea et usque ad montem Caminamus. Iotas exsenplationes vel afrontaciones ad ipse vallicule iam dicte Andorrense, ut ipsi comanentes, qui ibidem sunt aut serunt, securi et quieti permaneant omniq[ue] tempore subtus nostra iussione vel comitem nostrum senior defensorem, quod illi eligere voluerint, habeant potestatem per nostram iussionem vel comitatem nostrum. Censum vel functionem exinde aliud non persolvant nisi piscem aut pisces et recepcionem facient aut missos, qui perga[n]t Barquinonam civem et placitum custodient ante comitem nostrum de omicidium et de ructu et incendium. Reliquos culpas alias, que inter illos erit, potestatem illos donamus facere vel definire ad eis. Nullus sit ausus hic autrum eligere contra nos vel comitem nostrum neque expellat inde hominem, qui ibi vulut manere, nisi per legem et iusticiam.

Data et confirmata regis donatio anno feliciter vigesimo IIIIor domini nostri.

† Karlus. Lodouicus imperator.

Ploloadus chomis. Mirone chomis. Guido chomis. Geraldus episcopus. Signum Bosoni episcopi. Signum Eldouini episcopi. Signum Gebice archilevite. Wantardo archilevita subscrispi. Leotardus archilevita subscrispi.

Haeicardus PPP.